

bertatis; et nota, quòd ad hoc ut istud remedium impuberi competat, debet prius constare per aliquas præsumptiones, licet non perfectas probationes de filiatione, ut auia defunctus eum tractabat, ut filium, et nominabat filium, ut in l. 3. §. *causæ cognitio*, D. eod. et tradit Paul. de Cast. in l. *qui de inofficioso*, D. de *inoffic. testam.* et Gloss. in dict. §. *causæ*.

(18) *Entregado*. Et efficietur possessor, non detentor, ut dicit Paul. de Cast. per textum ibi in dict. l. *qui de inofficioso*.

(19) *En ellos*. Adde dict. l. *qui de inofficioso*, et l. fin. C. eod. et licet postea non probatur, filius non tenebitur restituere alimenta, quæ percipit, nisi probetur, quòd calumniosè, et scienter asserat se esse filium; quia sanctius est, quòd fuerit alius de alio, si aliquantulum probaverit, quàm quòd fuisset mortuus fame, si fortè erat filius, secundum Paul. de Cast. in dict. l. *qui de inofficioso*, Gloss. in dict. l. 2. C. de *Carbon. edict* ubi bonus textus.

(20) *De catorce años*. Nam finitur hoc commodum hujus bonorum possessionis adveniente pubertate, l. 3. §. *puberi*, D. de *Carbon. edict*. l. 2. C. eod. adhuc tamen post pubertatem iste missus sustinebit partes rei, et possessio ipso cavente non auferetur ab eo, ut in l. *de bonis*, §. *post pubertatem*, D. eod. et ibi vide Bart. Quid autem si quæstio non fiat de filiatione, vel statu ipsius impuberis, sed de statu patris, an differatur tunc quæstio usque ad tempora pubertatis? Dic. quòd sic, si per quæstionem status patris vertitur similiter quæstio super statu filii, ut quia defunctus dicatur servus, secundum Bart. in dict. l. 3. §. *missus*, D. eod. col. fin. per l. 1. §. *si mater*, D. eod., sed si per quæstionem non revocatur in dubium status ipsius filii, ut quia fuit institutus ab extraneo, tunc quæstio non differtur, ut in l. *liber*, C. de *petit. hereditat.* tenet Bart. in dict. §. *missus*, licet tali casu, si probationes non offerrentur incontinenti, deberet fieri missio in possessorio, ut in l. 2. C. de *edict. Divi Adrian. toll.* et Gloss. et Doctor. in dict. l. *liber*. Adverte etiam, quòd si expediens sit pupillo, potius non differri quæstionem istam in tempus pubertatis, id fieri debet quòd sibi sit inutilis, ut in dic. l. 3. §. *duæ*, D. eod.

(21) *Amigos* Expedit habere amicos ad defensionem litium, ut hic vides.

(22) *Propriedad*. Petitione videlicet hereditatis: si tamen velit filius supersedere in petitorio per ipsum inchoato, et transire ad possessorium, posset, et differetur quæstio, secundum Gloss. Bart. et Paul. in l. 1. per textum ibi, C. de *Carbon. edict.* et vide per Bart. in l. 3. §. *missus*, D. eod. bonus textus in cap. *pastoralis, de caus. poss. et propriet.* Ultimo nota circa materiam hujus legis quòd etiam in bonis majorie habebit locum istud Carbonianum, et hujus legis beneficium, prout etiam in bonis feudatilibus, ut dixi in l. 7. tit. 22. *Part. 5* unde et si aliquis occupavit possessionem bonorum majorie, et veniat filius, vel filia, quæ extenore investituræ seu vocationem præferat majoriam, qui petat sibi tradi possessionem, et quòd pendente impubertate quæstio super filiatione et bonis differatur, quòd constituto summarie de filiatione, debeat sibi tradi possessio, et occupator expelli, et quæstio super filiatione differri. Vide ad hoc bonum textum in l. 3. §. *parvi*, et §. *si quis liber*, D. de *Carbon. edict.* quòd tu bene nota, quia quotidie super legitimitate filiorum vocatorum ad majoriam, sunt quæstiones, et semper intelligas hoc de differenda quæstione super statu in tempus pubertatis, quando est quæstio status, nam si tantum sit quæstio bonorum, tunc non datur ista dilatio, ut probatur in l. 1. §. *si quis filium*, in vers. *si testamentum valere contendunt, controversia non est differenda*, et in l. *si impubes*, §. *cum verò*, D. eod. cum glossa ibi, non enim habebit locum missio ex Carboniano, sed quæstio de statu differenda est, ut ibi. Si autem esset majoria facta tam à patre, quàm à matre, an tunc in totum habet locum Carbonianum? Vide ibidem in l. *de bonis*, §. *plane*, et ibi Glossa, quæ vult, quòd ex Carboniano tunc fiet tantum missio in bonis patris, non verò in bonis matris, quia bene potest esse, quòd si filius patris, et non illius quæ dicitur mater, et è contra: sed si esset casus, quòd non possit esse bastardus, sive illegitimus ex patre, quin etiam esse ex matre, ut si allegatur consanguinitas parentum cum scientia utriusque, cum ibi veniat examinandum utrumque, videtur quòd non solum quæstio differatur super legitimitate, verum etiam fiat missio etiam in bonis matris, per textum in dict. §. *plane*, et l. *si impubes*, §. *si pupillus*, D. eod. juncta Glossa, in dict. l. *de bonis*, §. *plane*, super verbo *differendas*, in fin. licet Alberic. post Oldrad. in dict. §. *si pupillus*, velit quòd in casu illius §. prosit Carbonianum quoad dilationem controversiæ, non verò quoad missionem, et alle-

gat notata in dicto §. *plane*, per Glossam; sed rectè intellecta non contradicit, imò assistit ad id, quòd dixi. Et quid si majoria sit materna, an in illa habebit locum Carbonianum, et istius legis dispositio? Hoc decidit l. *de bonis*, in princ. D. eod. et l. *si impubes*, §. *si pupillus*, eod. tit. ex quibus decides, quid si esset quæstio, in qua non posset quis dici bastardus ex parte matris, quin esset ex parte patris, vel è contra, et vide quæ notat Bart. in l. 3. §. *quævis*, eod. tit. ubi tradit, quòd etiam quando instituto movetur quæstio super statu, habet locum Carbonianum, ex quo videtur, quòd in majoria quæ provenit jure institutionis, habebit etiam locum. In majoria verò quæ non jure isto veniret, videtur, quòd non habeat locum Carbonianum, ut probatur in l. *cum sine*, ibi: *jura libertorum*, D. de *Carbon.*

(25) *Las cosas* Adde l. *liber*, et ibi Gloss. C. de *petit. hered.*

LEY III.—Que es lo que deve fazer el Juez, quando vienen dos herederos, e muestran amos cartas de testamento, de aquel que los establescio.

Delante el Juez viniendo algun ome, que mostrasse el testamento en que fuera establescido por heredero de otro, e pidiesse, que le metiessen en possession de la heredad, segun dize en la ley ante desta; si otro alguno (1) viniessen ante aquel mismo Juez, e dixesse, que el auia mejor derecho en la heredad, porque fuera despues establescido por heredero (2) del fazedor del testamento, o por otra razon alguna (3) que mostrasse, e que dixesse que lo queria luego prouar (4), estonce, el Juez deve ver amos los testamentos, e oyr las razones de amas las partes, e el que mostrasse que ha mejor derecho en la heredad, aquel deve ser entregado en ella. E si amos mostraren que han equal derecho en los bienes del finado, amos deuen ser metidos en possession dellos igualmente.

LEY III.—Si impediens heredem possessionem petentem, statim doceat hereditatem ad se pertinere, mittetur ipse in possessionem; et si ambo æquè probent, sunt æquè mittendi. Hoc dicit.

(1) *Alguno*. Quis dicatur legitimus contradictor ad impediendum istam missionem, declarat ista lex: sed vide plenius per Gloss. in l. fin. C. de *edict. Divi Adrian. toll.* super verbo *legitimo*, et ibi latè per Bart. et Decium col. 12. 13. et 14. qui declarat mentem, et verba Bartoli; et ibi etiam vide, quid si contradictor veniat post licentiam datam à iudice, seu mandatum de mittendo, vel post missionem.

(2) *Heredero*. Glossa in dict. l. fin. in verbo *contradictor*, possuit istud exemplum.

(3) *Razon alguna*. Vide Gloss. et Doctor. ubi suprà in verbo *legitimo*.

(4) *Luego prouar*. Nota bene, quòd semper quis est legitimus contradictor, si paratus sit de jure suo probare incontinenti, et adde quòd habetur suprà l. proxima, et Bart. et Paul. in dict. l. fin.

LEY IV.—Como deve entregar los bienes de la herencia al heredero, aquel que es tenedor della.

Entregando el Juez de la herencia del finado, a aquel que ouiesse derecho de la auer, devele otrosi mandar entregar de los frutos della (1). Pero en estos ha de partimiento. Ca, si aquel que era tenedor de aquella heredad, ouiesse despendido los frutos, que cogio, o ouo della, aviendo buena fe en teniendola, cuydando que era suya, estonce non seria tenudo de dar la estimacion dellos (2); mas bien seria tenudo de dar los que non ouiesse despendido, si algunos le fincassen en el tiempo que el pleyto fuesse comenzado sobre la heredad, o en el que fue dada la sentencia (3) sobre ella. E este que era tenedor de la heredad, deve sacar de los frutos las despensas (4) que ouiere fechas en labrarla,

o en razon de coger los frutos della. Ca, segun dixeron los Sabios antiguos, aquello es llamado fruto, que finca en saluo a aquel que lo cogio, sacadas las despensas (5) que fizo por razon del. Otrosi dezimos, que seyendo negligente, o perezoso (6), aquel que tiene la herencia de alguno que fuesse finado, non la aliñando en la labrar como deuiesse, si este ouiesse buena fe en teniendola, cuydando que era suya, o auia razon derecha de la tener, estonce dezimos, que si el ouiesse a entregar al heredero por mandado del Juez tal herencia, non seria tenudo de darle los frutos que pudiera esquilmar della, si la ouiesse labrada. Ca, pues que el buena fe auia en teniendola, non semeja que el dexaua de la labrar por fazer engaño a otro; mas dexaua'a, como ome que dexa a las vegadas su heredad, que la non labra, por non poder, o por otra razon. Mas si ouiesse mala fe (7) en teniendola, si juyzio fuere dado contra el, que la desampare, este atal es tenudo de entregar la heredad con todos los frutos que el esquilmo della, tambien los despendidos, como los otros que tuuiesse estonce; e aun con las rentas, e los frutos, que pudiessen ser sacados della, si la ouiesse labrada; por que non auia derecha razon, nin buena fe, en teniendola la herencia del finado. Pero este atal, las despensas que fizo por mejoramiento de los bienes de la herencia, por razon de la aliñar, o de coger los frutos, bien las puede tener (8), e sacar dellos.

LEY IV.—Si possessor à quo evincitur hereditas, est possessor bonæ fidei, tenetur restituere fructus perceptos ante litem contestatam stantes, non consumptos, de percipiendis non tenetur: sed malæ fidei possessor, de consumptis, et de aliis qui percipi poterunt, deductis expensis eorum gratia factis, tenetur. Hoc dicit.

(1) *Della*. Ex hoc verbo, junctis l. 2. et 5. suprà proximis, posset fortè quis dicere, quòd cum ista lex veniat statim post dictas leges, quæ tractant de missione in possessionem, ex edictis l. et edicto Divi Adriani, seu l. fin. illius tit. C. de *edict. Divi Adrian. tollent.* quod etiam in isto remedio veniat condemnatio fructuum perceptorum ex hereditate; cujus contrarium tenet Specul. in tit. *de testam.* §. *sequitur*, col. fin. vers. *sed nunquid accessiones*, imò quod fructus et accessiones non veniant in tali iudicio, et idem voluit Alexand. consil. 184. *visu processu causæ vertentis*, col. fin. unde tu dicas, quòd ista lex Paritarum jam non loquitur de illo remedio possessorio, sed de petitione hereditatis, de qua dixi suprà in l. 1. ibi: *la segunda*, in qua veniunt fructus, ut in l. *item veniunt*, §. *fructus*, et l. *illud*, §. *prædo*, D. de *petit. hereditatis*: jam enim in ista lege non loquitur de possessione rerum hereditariarum, sed de ipsa hereditate, et de habente jus ad eam, et patet ex superioribus cum dicit: *que ouiesse derecho de lo auer*.

(2) *Dellos*. Si tamen ex eis factus est locupletior, tenebitur in quantum locupletior factus est, ut in dict. l. *illud*, §. *prædo*, vers. *in bonæ fidei*, tunc enim restituuntur tanquam augmentum in universali iudicio, ut ibi in textu, et declarat ibi Angelus, et probatur in l. *item veniunt*, §. *fructus*, et in l. *sed si lege*, §. *consuluit*, et §. *quod autem quis*, D. de *petit. heredit.* licet in iudicio rei venditionis, fructibus consumptis, neque in hoc teneretur bonæ fidei possessor, ut in l. 4. §. *post litem*, D. *finium regundor.* et vult Alber. in l. *si à domino*, §. *fructus*, D. de *petit. hered.* ibi, *sed secus in rei venditione*. Angelus tamen in dict. §. *prædo*, l. *illud*, D. eod. dicit, quòd in iudicio singulari, licet cesset ratio augmenti, quæ consideratur in iudicio universali petitionis hereditatis, restitui tamen debent fructus consumpti ex æquitate, l. *si me et Titium*, D. de *rebus credit.* quòd dicit esse menti tenendum perpetuo, et allegat Innoc. in cap. *in litteris*, col. 1. *de restit. spoliat.* et Gloss. *Institut. de officio judic.* in princ. in verbo *cum fructibus*, et Gloss. in §. *si quis à non domino*, in verbo *fructus*, *Institut. de rerum divis.* et intellige hoc, quando fructus es-

sent naturales, prout loquitur Innoc. et Glossæ superius allegatæ, et habetur in l. 39. tit. 8. 5. *Partit* nam si essent fructus industriales, lucratur eos in totum bonæ fidei possessor, si sunt consumpti, pro cultura et cura, ut in dict. §. *si quis à non domino*, et in eis procederet quòd vult Alber. et voluit etiam Gloss. in dict. verbo *cum fructibus*, et Azo C. de *petit. hered.* in summ. col. fin. ubi assignans differentiam inter petiti nem hereditatis, et rei venditionem, dicit quòd in rei venditione bonæ fidei possessor non tenetur de consumptis, etsi sit locupletior, nisi in duobus casibus, ut D. de *rei vendicat.* l. *sumptus*, et l. *emptor*; hic è contra Angelus tamen in l. *ca diverso*, D. de *rei vendicat.* in princ. tenet, quòd etiam industriales fructus restituat bonæ fidei possessor etiam in iudicio singulari, quatenus factus est locupletior, et ibi respondet ad dictum §. *si quis à non domino*, et consulit Alexand. consil. 90. vol. 2. col. fin. ubi alios allegat, licet consil. 21. vol. 4. dicat multos in hoc tenere contrarium. Sed prima opinio, quæ fuit Azonis, videtur communior et æquior, et probari videtur in dict. l. 39. tit. 28. *Partit*. 5. et nota ad id, quòd primo dixi, quòd in dubio præsumitur locupletior, nisi probetur contrarium, Gloss. et quòd ibi notat Angelus in dict. l. *utrum*, D. de *petit. hered.* et idem Angel. in dict. §. *prædo*.

(3) *Sententia*. Tempus rei iudicatæ inspicitur in iudicio petitionis hereditatis, an quis factus fuerit locupletior, ut hic, et in l. *si à domino*, §. *penult.* D. de *petit. heredit.* et etiam litem contestatæ, ut hic et notat Gloss. in dict. §. *penult.* et sic si tempore litem contestatæ sit locupletior, licet ante sententiam desinat esse locupletior nihilominus tenebitur; et si tempore litem contestatæ non sit locupletior, sit tamen tempore rei iudicatæ, idem erit per istam legem, quæ approbat dictam glossam.

(4) *Despensas* Adde dict. l. *si à domino*, §. *fructus*, D. de *petit. heredit.*

(5) *Sacadas las despensas*. Adde dict. l. *fundus qui*, D. *famil. ercis.* et l. *si à domino*, §. *fructus*, D. de *petit. hered.* et l. *fructus*, D. *solut. matrim.* et quòd notat Baldus in l. 1. columna. 1. 2. 3. et 4. C. de *fructib. et livium expens.* et Paul. de Cast. in l. *quantitas*, D. ad *leg. Falcid.* et Specul. tit. *de locat.* §. *postquam*, vers. *quid si tibi locavi*, et hæc regula fallit in decimis prædialibus, ut in cap. *tua nobis, de decim.* Item fallit, quando dominus dat terram suam rusticò, ut eam labore, et det sibi certam partem fructuum, nam debet expensa fieri sumptibus coloni, ut tradit Alberic. in dict. §. *fructus*, Innoc. et Abb. in dict. cap. *tua nobis*: de decimis verò personalibus, vel his similibus, quæ percipiuntur industria et labore hominum, vide Gloss. et Angel. in dict. §. *fructus*.

(6) *O perezoso*. Concordat cum l. *si quis possessor*, §. *sicut*, D. de *petition. hered.* et l. *sed et si lege*, §. *consuluit*, eod. tit.

(7) *Mala fe*. Adde dict. l. *illud*, §. *prædo*, et l. *si non veniunt*, §. *fructus*, D. de *petit. hered.* et quòd hic disponitur in possessore malæ fidei, idem dicitur in possessore bonæ fidei post litem contestatam, l. *sed et si lege*, §. 5. vers. *quod si ob initio*, et §. *si ante litem*, D. de *petit. hered.* et per solam sententiam rei aliæ dicitur malæ fidei, l. *item veniunt*, §. *petitam*, et 2. D. eod. et in dict. §. *si ante litem*, et hoc quoad restitutionem fructuum, sed quoad periculum interitus, vide quòd habetur in l. *illud*, D. eod. et infra eod. l. 6.

(8) *Puede tener*. Et sic etiam malæ fidei possessor deducit expensas factas causa quærendorum fructuum, ut hic, et in dict. l. *fundus qui*, D. *famil. ercis.* l. *si à domino*, §. fin. D. de *petit. hered.* sive ante litem contestatam, vel post, percipiantur fructus, et an sicut vel non. Quid autem si nullus fructus perceptus fuit, an deducat expensas malæ fidei possessor? Azon in summ. C. de *petit. hered.* dicit, quòd non, per l. *quod si sumptus*, D. eod. ubi vide Gloss. et idem tenet ibi Paul.

LEY V.—Que aquel que tiene los bienes de la herencia como non deve, si enagena alguna cosa dello, la deve pechar.

Si contra alguno que fuesse tenedor de la herencia que pertenesciesse a otro, fuesse dada sentencia que la tornasse, devele entregar a aquel que la vencio, con todas las otras cosas que ouo por razon della (1). Pero, si de mientras que era tenedor della, vendiesse, o enagenasse alguna cosa de tal herencia, estonce, si auia buena fe en teniendola, cuydando que era

suya, dezimos, que si aquella cosa que vendio, pudiere cobrar por aquel mismo precio, o por menos, que recibio por ella; tenuto es de la comprar (2), e de tornarla al verdadero heredero, non es tenuto de dar por ella mas de aquel precio que recibio (3). Mas si aquel que la vendiesse, ouiesse mala fe en teniendo la herencia, tenuto es de tornar aquella cosa misma que vendio, si la pudiere auer en alguna manera. E si auer non la pudiere, deue dar por ella, tanto quanto mas pudiere valer (4), a aquel que vencio la herencia por juyzio.

LEX V.—Possessor condemnatus hæreditatem restituere, tenetur restituere non solum hæreditatem, sed etiam quicquid ejus occasione quæsit; et si rem hæreditariam distraxit, tenetur eam redimere minori, vel æquo pretio, quod habuit; si autem bonam fidem habuit, tenetur ad pretium dumtaxat receptum; malæ fidei tamen possessor tenetur rem, aut quantum magis potuit valere, restituere. Hoc dicit.

(1) *Razon della.* Adde l. *item veniunt*, in princ. cum §. sequenti. *sed si lege*. §. fin. cum sequentib. usque ad l. *nisi ex re*, D. de petition. hæred. et tenebitur possessor hæreditatis refundere pœnas, quas percipit, ut in l. *utrum*, et in l. *post senatus consultum*, ubi Angel. D. eod. sive fuerit possessor bonæ fidei, sive malæ fidei, nisi sit pœna ratione contumaciæ vel injuriæ sibi factæ, l. *at ubi*, D. eod. Paul. ibi, sub l. *utrum*, ubi post Angel. de pœna compromissis occasione rei hæreditariæ, quod veniat in petitione hæreditatis. Item et reddet etiam inhonestos quæstus, l. *si possessor*, et l. *ancillarum*, §. fin. D. eod. Nota etiam, quod et si malæ fidei possessor, vel bonæ fidei, emit aliquam rem necessariam hæreditati, non poterit, si ab eo evincatur hæreditas, illam sibi retinere, et refundere pretium, ut est bonus textus in dict. l. *veniunt*, in princ. ex quo Baldus ibi colligit argumentum optimum ad prælatos intrusos ementes aliquam rem necessariam prælaturæ, vel beneficio; vide ibi per eum. et Paul. de Cast.

(2) *Comprar.* Nota hoc bene ad l. *quod si in diem* §. *idem*, Julianus, et l. *sed et si lege*, §. *item si rem distraxit* et l. 2. D. de petition. hæred. et vide in l. *item veniunt*, §. penult. et final. D. eod.

(3) *Recibio.* Concordat cum dict. §. *idem* Julianus. Et quid si bonæ fidei possessor habeat rem et pretium? Vide l. *si rem et pretium*, D. eod. et advertet, quod si verus hæres prius egit contra venditorem, et pretium est consequutus, non poterit postea petere rem ab emptore, cum videatur ratificasse venditionem, et non debet habere rem et pretium, ut in dict. §. *item si rem*, et vers. *certe si minori*. Si verò non egit contra venditorem, et agit contra emptorem ad rem rei vindicatione, an possit exceptione repelli ab emptore, eo quod emisset à bonæ fidei possessore? Dic ut habetur in dict. §. *item si rem*, secundum quod declarat ibi Paul. de Castr. nam in tribus casibus posset exceptione verum hæredem repellere. Prius est, quando concurrunt duo, scilicet, quod ipse emptor habet regressum de evictione contra venditorem, et quod venditor consumpsit pretium, et non est ex eo factus locupletior, tunc enim emptor habet exceptionem ex persona venditoris, ne teneatur ultra quam facere potest. Secundus, quando venditor compareret in iudicio, et ipsum supra se susceperit, quia tunc emptor habet exceptionem ex persona sua ut conveniatur auctor suus, qui si offert liti, et non ipse tertius, quando prius egit contra venditionem ad pretium, ut supra dixi. Sed quid si venditor factus est locupletior, et emptor conveniatur an possit uti exceptione aliqua contra verum hæredem? Vide per Gloss. in dict. §. *item si rem*, in verbo *exceptione non repellatur*, in fin. et distingue, ut per Bart. ibi, col. 2. vers. *pro hujus declaratione*.

(4) *Valer.* Hic enim dolo desit possidere, quia erat possessor malæ fidei, unde ratione doli tenetur ad verum pretium, et quatenus juretur in litem, potius ad pœnam, quam ad interesse, ut l. *item veniunt*, §. fin. et in l. *nec ullam*, §. penult. aliàs incipit, etiam, D. de petition. hæred. et declarat Paul. in dict. §. *item si rem*, et adde Azon. C. eod. in sum. col. 3. ibi, cum dicit: Item veniunt et ea, quæ quis dolo desit possidere, si stant non deperdita vel diminuta, vel si reus ab emptore nulla modo recipere potest, juratur contra eum in litem; et ista dicta Azonis sequitur hic ista lex.

LEY VI.—Que aquel que es tenedor de la herencia como non deve si se muriere alguna bestia, o alguno de los ganados entre tanto, la deve pechar a los herederos.

Començado (1) seyendo el pleyto por demanda, e por respuesta contra alguno, sobre la heredad de que fuese tenedor a mala fe (2), si entie aquellos bienes de la herencia fuessen algunas bestias, o ganados, maguer se muriessen de enfermedad, o por otra razon, en tal tiempo como este, tenuto seria de la pechar al heredero, seyendo este tenedor vencido de la heredad por juyzio. Mas si este daño viniessen en las bestias, o en las otras cosas de la herencia, ante que el pleyto fuesse començado sobre ella, non seria tenuto de lo pechar, quando acaesciesse sin culpa del (3). Pero si este que fuesse assi vencido, era tenedor de la herencia a buena fe (4), cuydando que auia derecho de la tener, entonces el daño que acaesciesse, assi como de suso diximos, non seria tenuto de lo pechar. Ca assaz abonda (5) al heredero, que cobre la heredad, e las cosas que y son falladas biuas al tiempo del juyzio que dan contra el tenedor, que non auia derecho de la tener.

LEX VI.—Tenetur malæ fidei possessor de interitu rei hæreditariæ post litem contestationem evenieute, ante non; sed possessor bonæ fidei non tenetur de interitu ullo tempore litem. Hoc dicit. Concordat l. *item si verberatum*, D. de rei vendic.

(1) *Començado.* Ortum habet à l. *illud*, in princ. versic. *quid enim si post litem contestatam*, D. de petit. hæred. et l. *et non tantum*, §. *veniunt*, eod. tit.

(2) *Mala fe.* Quia qui verè est possessor malæ fidei, si postea controversia ei moveatur, periculum fatalitatis, vel interitus rerum spectat ad eum, ut in dict. l. *illud*.

(3) *Sin culpa del.* Nam si culpa, teneretur, etiamsi ante litem contestatam res pereat, ut hic, et in dict. l. *et non tantum*, §. *veniunt*.

(4) *Buena fe.* Quia licet post litem contestatam omnes possessores efficiantur æquales, et dicantur prædones, ut in l. *sed et lege*, §. *si ante litem*, D. de petit. hæred. hoc procedet quantum ad fructus postea à collectes vel colligendos, ut quilibet teneatur de perceptis et percipiendis, secus verò quoad interitum rei, nam tunc est differentia inter malæ fidei possessorem verè et à principio, et inter malæ fidei possessorem ficti per litem contestationem, qui à principio fuit bonæ fidei, nam iste non tenebitur de interitu sine dolo et culpa sua, ut hic, et in dict. l. *illud*. Si tamen talis bonæ fidei possessor à principio, postea efficiatur malæ fidei verè et à principio, et inter malæ fidei idem esset in eo quoad talem interitum, sicut in malæ fidei possessore ab initio, et sic iste post litem contestatam teneretur de interitu, secundum Bart. in dict. l. *illud*. et in l. *in fundo*, D. de rei vendic. quod limita, secundum Paul. in dict. *illud*, nisi res fuisset eodem modo peritura penès actorem, si fuisset restituta, quia tunc præterita bona fides excusaret illud ab interitu, ut notat Gloss. in l. *item si verberatum*, in fin. D. de rei vendic. et facit dicta l. *illud*, et idem si habuisset justam causam litigandi, ut ibi notatur.

(5) *Abonda.* Nota istam rationem, et alia habetur in dict. l. *illud*, quia scilicet non debuit propter metum hujus periculi jus suum in discussum relinquere.

LEY VII.—Por quanto tiempo puede perder el heredero la herencia, non la demandando.

Tenedor podria el ome ser de la heredad agena, en tres maneras. La primera es, quando aquel que la tiene, cuyda auer derecho en ella por alguna razon, e non lo ha. E esto seria, si la ouiesse comprado de alguno que non ouiesse derecho en ella, cuydando que era suya; o si alguno fuesse establecido por heredero en algund testamento, que despues fuesse reuocado, non

lo sabiendo el. E en tal caso como este dezimos, que si aquel que dize que ha derecho en tales bienes como estos, non los demandare en juyzio fasta diez años (1) a aquel que assi los tiene, seyendo en la tierra, o fasta veinte, seyendo en otra parte, que perderia despues su derecho; e gana la herencia aquel que fuesse asi tenedor della. La segunda manera es, quando aquel que tiene los bienes, e la herencia del finado, ha razon de tenerla (2), e sabe ciertamente, que non ha derecho ninguno en el a. E esto seria, como si la ouiesse comprada de algun ome, que sopiesse ciertamente que non era suya, nin auia derecho de venderla. E la tercera manera es, quando sabe ciertamente que non ha derecho en ella, e demas non puede mostrar razon cierta, por que la tiene. E en qualquier destas dos maneras que agora diximos a postremas, si aquel que ha derecho en la heredad, non la demanda a los tenedores della fasta treynta años (3) sabiendolo, o podiendolo fazer, dezimos, que pierde por su negligencia aquel derecho que en ella auia, e gana por este tiempo el otro que la touo. Pero el que fuesse menor de veynte e cinco años (4), non podria perder por este tiempo sobredicho el derecho que ouiesse en la heredad, en tanto que fuesse menor desta edad.

LEX FINALIS.—Possessor hæreditatis præscribit eam per decem annos inter præsentés, aut viginti inter absentes; sed malæ fidei possessor cum titulo, vel sine eo, præscribit triginta annis: quæ præscriptio non currit contra minorem viginquaque annorum ætate durante. Hoc dicit.

(1) *Fasta diez años.* Habes hic, quod petitioni hæreditatis præscribitur decem annis à possidente cum titulo, et bona fide: et idem probatur in l. *hæreditatem*, C. in quib. caus. cess. long. temp. præscript. et in l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollend. Sed contra hoc opponitur, quia petitio hæreditatis non datur contra titulo possidentem, l. *regulariter*, D. de petit. hæred. cujus ratio est, ut declarat Bartol. in l. *hæreditatis*, C. eod. quia in petitione hæreditatis agens, fundat se solum ex titulo suo, et possessione defuncti; licet enim defunctus non fuerat dominus, nihilominus venit in petitione hæreditatis, l. *et non tantum*. D. eod. sed ille qui possidet titulo, habet titulum et possessionem, et sic æquale jus cum actore, unde in pari causa melior est conditio possidentis, cap. in pari, de regul. jur. lib. 6. l. *sive autem*, circa princ. et §. 1. D. de publicana; et hæc est verissima ratio secundum Bartolum, quam etiam dat Baldus in dict. l. *hæreditatem*, et poterit de hoc opponi per eum, non solum ante item contestatam, sed etiam post litem contestatam, secundum Bart. in l. *cogi*. versic. *quæro* l. C. eod. est enim hæc exceptio præemptoria, et sic videtur impossibile quod petitio hæreditatis excludatur præscriptione longi temporis, cum talis præscriptio non procedat, nisi adsit titulus, l. *nullo*, C. de rei vendic. et l. *Celsus*, D. de usuap. Sed responde, quod aliqui sunt casus, in quibus petitio hæreditatis datur etiam contra titulo possidentem, de quibus per Gloss. in dict. l. *hæreditatem*. Quibus adde alium casum singularem, scilicet quando talis titulus fuisset acquisitus post mortem defuncti, nam tunc talis titulus non obstaret, secundum Baldum singulariter in l. fin. in 9. et 11. opposit. C. de edict. D. Adrian. tollend. sed istud dictum Baldi impugnatur ibi à Salicet. et Alexandr. colum. penult. ubi latè; et tamen potest salvari dictum Baldi, cum talem titulum acquisierit ab eo, qui poterat conveniri petitione hæreditatis, et mala fide seu lite pendente talis titulus fuit acquisitus, ut colligitur ex verbis Bartoli in dict. l. *cogi*, ad fin. tradit Alexandr. in dict. l. fin. Adde etiam Alexand. cons. 75. incipit, *punctus talis est*, 3. volum. ubi latè impugnatur etiam istud dictum Baldi, et ibi fundat singulariter, quod licet petitio hæreditatis non possit dari contra titulo possidentem, etiamsi talis titulus acquiratur post mortem defuncti, tamen si agatur ex remedio dictæ l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollend. de quo supra eod. in l. 2. poterit

agi contra titulo possidentem, si post mortem defuncti talis titulus fuit acquisitus; videas ibi per eum. Adde etiam, quod contra possidentem titulo putativo, bene datur petitio hæreditatis; cessat enim tunc dicta ratio reddita per Bartolum et alios, ut tradit Alex. cons. 85. *viso themate*, 2. vol. col. 1. et licet error habeatur pro justo titulo quantum ad usucapionem et præscriptionem, non tamen habetur pro titulo quantum ad repellendum agentem petitione hæreditatis vel interdico *quorum bonorum*, secundum Gloss. et Bart. l. 1. D. *quorum bonor.* et probatur hoc in ista lege Partitarum, ibi: *o si alguno fuesse establecido por heredero en algund testamento, que despues fuesse reuocado non lo sabiendo el.* et adde Gloss. in dict. l. *hæreditatem*, et Paul. de Castr. in l. 1. D. *pro hæred.* Contrarium tamen, imò quòd error justus habeatur pro titulo etiam ad exclusionem petitionis hæreditatis, voluit Gloss. in l. penult. et fin. D. *pro legat.* quam sequitur Baldus in dict. l. *nullo*, C. de rei vendic. col. 1. Alexand. consil. 89. incipit, *Excellentissimi*, col. 3. vol. 5. dicit differentiam debere fieri inter titulum universalem, et singularem, ut titulus universalis putativus et erroneus, sufficiens ad præscriptionem, non sufficiat, si non est præscriptum, ad excludendum petitionem hæreditatis, et ita procedat quod dicit Gloss. et Bart. in dict. l. 1. D. *quor. bonor.* si tamen esset titulus singularis, licet lucrativus, excluderet petitionem hæreditatis: et quòd ita procedat Glossa in dict. l. penult. et fin. et Bald. in dict. l. *nullo*; et est ratio diversitatis secundum eum, quia contra habentem titulum verum universalem datur petitio hæreditatis, ac si titulum non haberet, l. *etiam*, §. *quod si quis*, et ibi notata in glossa, D. de petit. hæred. idèò nihil mirum, si titulus putativus pro hærede habeatur pro non titulo, ut sic non excludatur agens petitione hæreditatis, ut in dict. l. 1. in princ. vide latius ibi per eum. Adverte tamen, quòd titulus universalis non semper, et regulariter obstat agenti petitione hæreditatis, sed in certis casibus, veluti quando venditor non comparet, vel hæreditas est modico pretio distracta, vel quando emptor est sciens, vel empta est à fisco hæreditas, ut in dict. §. *quod si quis*, cum sequent. et notat Gloss. in dict. l. *hæreditatem*, unde ratio Alexandri in ratione differentie non est ita conclusiva, licet ista lex Partitarum potest induci pro Alexand. cum dicit: *E esto seria si la ouiesse comprado, etc.* Sed videtur, quòd sit restringenda hæc lex juxta terminos juris communis, scilicet ad dictos casus dicti §. *quod si quis*, et Glossæ in dict. l. *hæreditatem*; et potius videtur fortè dicendum, quod titulus putativus, sive universalis, sive singularis non excludat agentem petitione hæreditatis, eo quia tunc non militat ratio supra in principio hujus glossæ tradita, scilicet quòd in pari causa melior sit conditio possidentis, non est enim par causa tituli putativi ad verum, et sic quòd dictum Glossæ et Bartol. in dict. l. 1. D. *quor. bonor.* indistinctè procedat, et reprobetur dictum Glossæ in dict. l. fin. D. *pro legat.* Conclude ergò, quod in illis casibus, in quibus petitio hæreditatis datur contra titulo possidentem, tunc præscribitur petitioni hæreditatis per 10. vel 20. annos, ut hic habes, et notat Glossa in dict. l. *hæreditatem*, quia cum tunc excedat suos terminos, exceditur à non suis terminis. Posses etiam respondere, quòd hæc lex non apperiat, quòd ageretur petitione hæreditatis, et forsan poterat agi rei vindicatione, cui præscribitur per titulo possidentem præscriptione longi temporis, prout et habetur, et notatur in dict. l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll. ubi etiam vide Jason. col. fin.

(2) *De tenerla.* Id est titulum, quo eam acquisivit à non domino, ut subjicitur, et datur contra eum utilis petitio hæreditatis, l. *etiam*, §. *si quis sciens*, D. de petit. hæred. tanquam contra emptorem universitatis; et si prætetendat quis se emisse ab hærede, videtur possidere pro hærede; qui enim allegat se hæredem, cum non sit, dicitur possidere pro hærede, textus et Glossa, et Paul. in l. *pro hærede*, D. eod. et hoc quando credit se hæredem, nam si scit non se hæredem esse, potius dicitur pro possessore possidere, secundum Gloss. et Paul. ibi: in sequenti verò casu possidet pro possessore tantum.

(3) *Treinta años.* Adde l. *hæreditatis*, C. de petition. hæred.

(4) *Menor de veinte e cinco años.* Adde l. fin. C. in quib. caus. in integ. restituit. non est necessar. et l. 9. tit. fin. infra ead. Partit.